necnon numerum animalium, si qua receperint infra tempus officii eorum, a quibus et quando, cum pilaturis et mercaturis eorum, ac numerum tempus et pilaturas pultrorum et pultrarum natorum in araciis distincte, de annis singulis tempore officii eorum; que insuper ex iumentis gravida fuerint, et si aliqua ex eis forsitan pacientur abortum et nascitam etiam pultrorum et pultrarum, postquam iumenta pepererint; qui vel que vivi remanserint. quorum inventariorum unum habeat magister araciarum, aliud officiales araciarum sub eo statuti, tercium mittant ad magistros racionales et quartum ad magistrum marestalle morantem in regia curia.

[9.] custodie quorumlibet centum quinquaginta iumentorum deputantur iumentarii duo, quorum quilibet habeat pro equitatu suo iumentum unum sterile de iumentis araciarum.

[10.] quibuslibet duobus destrariis stallonibus, sive ad presepe custodiantur sive currant, deputatur scuterius unus pro custodia eorundem, adhibito sibi pro diligenciori custodia uno de servis curie araciarum ipsarum; quibus scuteriis dantur solidi et vidanda ut supra.

[11.] item cuilibet predictorum stallonum tempore, quando currunt sive ad manum coperant, datur ultra consuetam annonam per noctem quarta pars thumini de ciceribus; et quando custodiuntur ad ~~bet~~ herbam vel ferraginem, nichil datur eis pro annona de ordeo.

[12.] item cuilibet stalloni et equitature iumentorum predictorum datur ~~ana~~ ana ferre tres cum clavis per mensem. Tar

[13.] item cuilibet servorum, qui deputatur cum scuteriis ad custodiam stallonum, recipit per annum tunicam unam